



# Disputatio medica inauguralis de ictero

<https://hdl.handle.net/1874/345214>

12.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
ICTERO,

QUAM  
AUSPICE SUMMO NUMINE,  
Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,  
M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

UT ET

Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & Nobilissime  
Facultatis MEDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in MEDICINA Honoribus, Prærogativis &  
Privilegiis, legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

GERARDUS AERTSEN, Noviomagensis.

Ad diem 26. MAJI, horâ locoque soliti.



TRAJECTI ad RHENUM,

---

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academice  
Typographi, clc xciii.

*Integritate morum conspicuis Viris, nobilissimis,  
gravissimis, cognatis plurimum Honorandis.*

D. PETRO JORDANO,  
J.U.D. & urbis Noviomagensis, &  
eiusdem jurisdictionis quæstori.

D. HENDRICO LEYDECKER.  
J.U.D. & Noviomagensis, civitatis  
Senatori.

D. JACOBO LEEUWENS,  
J.U.D. tetarchus Noviomagensis quon-  
dam secretando.

D. JOHANNI SMETIO, V.D.  
Ministro in Ecclesia Noviomagensi.

D. IGNATIO a WICHEM, J.U.D.

D. ÆGIDIO ab ELSEN,  
Med. Doctori.

*Hanc disputationem inauguralem,  
inscribit & consecrat*

GERARDUS AERTSEN,  
AUCT. & RESP.



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
ICTERO.  
THESIS I.



Uoniam in rerum natura, nihil præstantius sanitati excogitari potest, omnium id circa viventium hoc se cælesti donum: præ omnibus mundanis maximi facere interest quam propriis suis viribus, hunc inæstimabilem Thesaurum, conservare atque tueri, vix ulli mortalium, nisi divino instinctu possibile est quo veram semperque bene vivendi industriam sibi observare possit, quam si multi haberent, quanta mala corpori humano nocitura prævenirent. Quantosque morbos evitarent, quibus jam plurimi excessum committendo in expectato succumbunt.

I I.

Bona constitutio corporis humani, consistit in e quali

A 2

&

& valida partium fluidarum, solidarumque hermonia; quæ ubi datur interne sese omnia bene habere indicat e contrario, illarum prædictarum mala constitutio, consistit in illegitima succorum mixtione, diversas pro varietate partium, obstrunctiones producentium, quæ obstrunctiones sanguini atque succis impedimento sunt, quo minus per omnia vasa & arterias, atteriolasque circulare possunt, & tales producunt affectus, ratione minoris vel majoris, malæmixtionis succorum.

## III.

Machinamentum corporis humani merito organicum appellandum est, cui data minima obstruktione interne, illico influxus illac Spirituum Animalium fulminis instar continuo per omnia ruentium sufflaminatur; data jam obstruktione, a sanguine Lento & Crasto vel perturbata succorum mixtione variis tum morbis acutis vel chronicis afficimur, qui & non minus fato, scilicet causa externa nobis accedere possunt; differentiam esse inter morbos acutos vel chronicos hic dicere animus mihi non est, quia illa medicinæ operam dantibus, fatis nota est.

## IV.

Icterum, hac in mea thesi tractaturus, morbum dico esse chronicum. Obstructiones modo invasculis sanguiferis, vel lymphaticis modo viscositate tenaci sanguinis tam lenti & crassi ortæ raro de obstruentibus medicamentis cito cedant, sed multum interdum temporis desiderant, antequam tolli possint, nisi hæ aliquando perturbata succorum mixtione fuerint productæ, quam differentiam. Tradere hic supersedeo, cum Medici, ex professo Icterum tractantes, hoc egerint.

Icterus

# INAUGURALIS.

V.

Icterus est color flavus totius Corporis à bilis in cūtem universam involontaria effusione proveniens. Effigitur symthoma qualitatis mutatae, propter obstructos meatus ductus cholodochici, impedientes bilem non more solito secerni posse: Cogitur idcirco copiam suam regerere, & in totam massam sanguineam effundere, imo usque ad extremitates minimarum arteriolarum. Ut ex colore per totum corpus desperto, & flavedine oculorum intueri licet, ex quibus phœnomenis præsentia hujus morbi facile judicanda est.

V I.

Icteric laboranti plerumque in dextro hypochondrio dolor gravitativus est, propter interdum tumorem vel hæpatis scirrhositatem; Ab iisdem causis plura symptomata oriuntur.

V II.

Hunc affectum quoque habentibus ordinario alvus astricta est, propter obstructiones ductuum biliariorum in intestinum duodenum desinentium, namque tunc bilis exonerari & cum fæcibus ibi misseri non potest; quas aliter stimulare solebat, hinc alvus astricta est. si quid autem fæcum excernatur, id propter defectum bilis fæces naturaliter flavo colore tingentis albidum est.

V III.

Urinam flavam crassamque reddunt quia illæ particulæ à sanguine separatae & urinam constituentes, nimis crassæ & flavæ sunt, & eo difficilius per ureteres ad vesicam

cam transferri possunt , ex defectu illarum particula-  
rum , activarum de novo in vésica aliter fermentationem  
facientium , nullo modo ad debitam suam concoctionem  
pervenire possunt.

## I X.

Bilis modo per totam massam sanguineam dispersa non  
desinit suo colore totum tingere corpus , sed omnem fære  
sanguinem atque succos inquinat , quominus illæ particu-  
læ , per insensibilem transpirationem , ab aliis separari pos-  
sint . Quod planè à tardiore circulatione & languidiore  
pulsu patet , quod præcipue , hunc se attendere Icterum  
curantium medicorum est.

## IV

## X.

Illatis aliquibus particulis flavis oculum versus humo-  
rem Cristallinum , sua ilico radiatione destitutum vide-  
mus , & perverso visu omnia oculis flava apparent.

## X I.

Aliquis tam prædicti affectus phænomenis recitatis ,  
Ictero laborantes multa symtomata comitari dicam : Quo-  
rum primo grege , melancholia principalissima est nam  
spiritus animales , a tali crasso & lento sanguine secreti  
pauci sunt & rectis lineis ad nervos musculosque moven-  
dos ratione sufflaminatæ seerationis transpirare per omnes  
partes nequeunt , nam qualis sanguificatio datur , tales  
spiritus secernuntur & ratione succorum dispositionis ta-  
les functiones in corpore peraguntur.

## X I I.

Origine enarrati jeteri tam breviter pro mea opinione  
dæmon-

demonstrata , existimo consultum proponere , ea medicamina , quibus exhibitis , hunc morbum puto curandum fore ; attenuantia , & sudores moventia utilia cogito , nec non decoctum ex similibus compositum . Hanc meam thesin majori diversitate formularum pro hoc affectu curando , completere facile a me fieri potuisset . Sed quoniam plurimam partem , adolescentiae meae , in arte pharmaceutica me exercui , idcirco aliorum plumis super bire nolui , quia tanta pro iuncto utenda excogitari possunt quorum in minimis quandoque latet vis maxima rebus ; progrederi dicendo omnium ægrotantium interesse sibi medicum tempestive urgente necessitate expertum procurare , cuius industriae sese animose tradant , nam quanto dolentium , major erga medicum opinio est , tanto meliorem pharmaca , effectum producere valent , quod si forte contingere ut animi pathematibus , ægrotantis vires , vel ipso morbo labastere viderentur , haec statim sagacis medici minimi haec esse facienda , consolatione recuperantur ; quod omnium est medicorum , hoc faciendo , succumbentibus solatium afferre , ut spiritus animales quanquam debiles in functionibus faciendis , tamen illac sublevantur : sed e contrario quorundam M. D. C. quamvis incaute mos est , statim ægrotorum , calamitatem magis magisque gravare , & tantam facere difficultatem quasi illis morbis correptis nullum medicamen , ad restaurandas vires inveniri posset , qua mala prædictio ne sic afflitti & anteriorem iterum sanitatem anhelantes suo desiderio reconvalescendi destituuntur , hinc graviores , quam antea fuere morbi , vel obstrukiones fiunt ; & in gravissimis tamen morbis , minime animus demittendus est , & quod si lætalia apparerent ex quibus astantiam alicui , ægrotum judicare liceret brevi exspiraturum , non semper tamen alicujus prognosi de eventu incerto adhibenda fides est (dum spiramus speramus ; an ne multos videamus in agone mortis fuisse versatos , tamen reconvaluisse .) Quod ad methodum ægrotorum vivendi spectat ,

8 DISPUTATIO MEDICA INAUGUR.

spectat, illorumque moderamen, omnibus consulerem; ut stomachus iterum restauretur, & illa fermenta modo diminuta, concoctioni aliter inservientia sese paulatim recolligant. Hoc alacri animo pro viribus faciendo, facile in priorem sanitatem, invalidi reduci possunt, quæ hoc & alio incommodo laborantibus optando finiam numen faustum illorum curationi semper vale appetans.

F I N I S.

